



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

Qui confidunt in Deo afflictiones recipiunt ut peccatis suis debitas.
Quintus fons veræ pacis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

nes, quas ipso volente patimur, semen meritorum sunt & coelestium præmiorum. Quæ proinde major pax firmiorque potest excogitari quam hæc qua fidelis animus fruitur ejusmodi instructus præfidijs?

Qui confidunt in Deo, afflictiones recipiunt ut peccatis suis debitas,

Quintus fons vera pacis.

§: XXIII.

Quantam pœnam peccatum mereatur.

PRorsus immeritò querimur de gravitate malorum quæ patimur, si consideremus gravitatem malorum quæ commisimus quæque meriti sumus. Etiam si non nisi unicum à nobis commissum esset peccatum, tanti tamen est divina Majestas quæ illo offenditur ut nulla pœnarum ac suppliciorum perfectione illud expiare ac dignâ compensare satisfactione possimus. Nullum genus morbi, non calculi aut cholicæ dolor, non podagræ cruciatus, non pestis, non bellum, non fames non quidquid tormentorum excogitari potest, toleratum sufficit ad placandum Deum peccato unico etiam levissimo offensum, si non Dei filius humanam assumens naturam meritum & pondus nostris addidisset operibus